

Dat. Laterani per manus Rolandi S. R. E. Cardinalis & Cancellarii. Idibus Junii Indict. V. Incarn. Dom. anno MCLVII. Pontificatus Domini Adriani Papae IV. anno III.

XIX.

Monasterio SS. Trinitatis de Monte Saero Ordinis Casinen. Sipontine Diecefis, confirmatis bonis omnibus, nonnulla conceduntur privilegia.

Adrianus Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis, filiis Abbati Monasterii S. Trinitatis de Monte Saero, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris Monasticam vitam professis, in perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse praesidium; ne forte cujuslibet temeritatis incursum aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sanctae Religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & praefatum Monasterium S. Trinitatis de Monte Saero in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar predecessorum nostrorum, venerabilis memoriae Honorii, Innocentii, & Eugenii, Romanorum Pontificum, praesentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque loca idem Monasterium impraesentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, liberalitate Principum, oblatione fidelium, sive aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permanent; In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesiam videlicet S. Mariae sitam in loco, qui dicitur S. Quirici, cum suis pertinentiis, Rainiarum, & terram, quas in territorio Riniani habetis: Ecclesiam sancti Matthiae Apostoli infra moenia civitatis Montis sancti Angeli, & Ecclesiam sancti Simeonis extra portam civitatis, Ecclesiam sancti Vincentii sitam in pertinentiis ipsius Civitatis in loco, qui dicitur Vota, cum rebus suis: quicquid habetis in Eccl. sancti Lucae, & rebus ad eam pertinentibus, petiae vineae, & alia possessiones, quae fuerunt scilicet ipsius Civitatis Montis S. Angeli, & omnes restam infra dictam Civitatem, quam in eius finibus, vestro Monasterio pertinentes; Ecclesiam sancti Georgii in pede ipsius Montis sancti Angeli cum pertinentiis suis, salinas, & maria, quae in partibus Siponti habetis, Ecclesiam sancti Martini de Porcarezza cum suo territorio, Eccl. sanctae Mariae de Matinata cum omnibus ad eam pertinentibus, & omnes alias possessiones, quas in eadem Matinata habetis. Praeterea concedimus eidem Monasterio fundum, qui dicitur Matinatella, & Ecclesiam in eodem loco constitutam, petias terrarum, & curtes, quas habetis in loco de Avante: In Episcopatu Vestano Ecclesiam sanctae Teclae, Ecclesiam sanctae Eugeniae, & Ecclesiam sancti Lucae cum pertinentiis earum, & omnes res in praefato Episcopatu vestro Monasterio pertinentes, Ecclesiam sancti Petri, & sanctae Mariae prope ca-

stellum Capreolis cum pertinentiis suis, piscarias, & piscatores, quas habetis in Barano, molenina, quae sunt in valle Montis nigri, Ecclesiam sancti Pancratii lischitellae cum casale & territoriis suis, Ecclesiam sancti Viti, & terras, quas apud Cannas habetis, Eccl. sancti Jacobi extra portas Baroli cum pertinentiis suis, & omnibus tam infra eandem civitatem, quam in eius Episcopatu, vestro Monasterio pertinentibus, Ecclesiam SS. Sergii & Bacchi sitam super portam Trani cum pertinentiis suis, & omnes res tam infra eandem civitatem, quam in eius Episcopatu vestro Monasterio pertinentes: Ecclesiam omnium Sanctorum sitam in loco, qui dicitur Patiano, donationem omnium infra scriptarum rerum, factam ab Immetatio de Civitate Vigilium vestro Monasterio, Ecclesiam sancti Fortunati, & Ecclesiam sancti Thomae Apostoli, sitas prope eandem civitatem, cum rebus sibi pertinentibus: Ecclesiam sanctorum Philippi & Jacobi cum pertinentiis suis sitam prope Civitatem Melphitam, & omnes alias res tam infra eandem civitatem, quam in eius Episcopatu, vestro Monasterio pertinentes: Ecclesiam sancti Procopii sitam in Civitate Barenfi, & omnes alias res, tam infra eandem civitatem quam in Episcopatu, vestro Monasterio pertinentes: possessiones & domum, quas habetis in Civitate Rubi, & in Episcopatu eius, Ecclesiam sancti Angeli & sancti Nicolai subtus lischitellam cum pertinentiis suis, & quicquid in territorio ipsius habetis. Obeunte vero te, ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia, seu violentia proponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & B. Benedicti Regulam providerint eligendum; electus autem ad Romanum Pontificem benedicendus accedat; qui nimirum liberas personas ad id Monasterium ad conversationem venire volentes suscipiendi, & secundum ipsius vestri B. Benedicti Regulam monachandi habeat facultatem. Constitimus etiam, de caetero in eodem loco perpetuis futuris temporibus Sedes Abbatiae consistat, nec alicui Archiepiscopo, vel Abbati, seu cuilibet hominum, liceat, vestrum Monasterium temere perturbare, interdiceret, seu aliqua ei gravamina, seu vexationes inferre, vel ipsius possessiones adimere, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, profutura: salvo nimirum censu duorum solidorum Casinensi Monasterio a vobis annualiter persolvendo. Addimus insuper, ut consecrationes Altarium, seu Basilicarum, Ordinationes Monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, seu quaelibet Ecclesiae Sacramenta, a Dicesano suscipiatis Episcopo, si quidem aptus fuerit locus, & gratiam atque communionem Apostolicae Sedis habuerit, eaque vobis sine pravitae & exactione: alias ipsa a quocumque malueritis Catholico Episcopo postulare, qui nostrae Sedis auctoritate, quod postuletur, indulgeat. Ad indicium autem hujus perceptae a Romana Ecclesia libertatis, dimittam unciam auri singulis annis nobis nostrisque successoribus persolvatis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica con-

Abbas electionem per monachos fieri mandat.

Cui habitum monachicum petentibus dandi facultatem tribuit.

Monasterium liberum ab omni laicali vel ecclesiastica potestate in temporalibus declarat.

Salvo annuo censu Monast. Casinensi de bito.

Consecrationes vero Altarium, & sacros Ordines a Dicesano Episcopo suscipiendos statuit.

Annumque censum Rom. Ecclesiae persolvat.

ularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districti ultioni subjaceat; Cunctis autem eidem loco citato servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Hadriani PP. & S. R. E. Card. subscriptiones.

- EGO ADRIANUS Catholicae Ecclesiae Episcopus. Ego Imarus Tusculanensis Episcopus. Ego Gregorius Sabinenfis Episcopus. Ego Ubaldu Otiensis Episcopus. Ego Julius Praenestinus Episcopus. Ego Ubaldu Presb. Card. tit. S. Crucis in Hierusalem subscripsi. Ego Astaldu Presbyter Cardinalis tit. sanctae Priscae subsc. Ego Joannes Presbyter. Card. tit. SS. Joannis & Pauli tit. Pammachii subsc. Ego Joannes Presbyter Card. tit. sancti Silvestri & Martini subsc. Ego Otto Diac. Card. S. Nicolai in Carc. Tull. Ego Bozo Diac. Card. SS. Cosmae & Damiani.

Datum Laterani per manus Rolandi sanctae Romanae Ecclesiae Presb. Card. & Cancellarii. Kal. Jan. Indict. III. Incarnationis Dominicae anno MCLVIII. Pontificatus D. Adriani Papae IV. anno V.

X X.

Privilegium, quo confirmantur iura, ac possessiones Abbatiae S. Augustini Lemovicensis.

Ex Gall. Chrift. Tom. II. inter Instrumenta Ecclesiae Lemovic. an. XXV.

Exordium.

Adrianus Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Petro Abbati Ecclesiae S. Augustini Lemovicensis, ejusque fratribus, tam praesentibus quam futuris, Monasticam vitam professis, in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni & honestati noscitur convenire, omnino nos decet libenter concedere; & praeterea decernimus congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & praefatum Monasterium, quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostrae protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communimus; Imprimis siquidem statuentes, ut Ordo monasticus, qui secundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam in ipso Monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur; Statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona idem Monasterium impraesentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis,

Monast. ipsum sub protectione Sedis Apost. suscipit Hadrianus.

Eique bona omnia confirmat.

Quorum nonnulla eadem sunt.

Facultatem vero curam animarum habentibus Sacerdotibus ab Abbate eligi, ad Episcopum vero approbari statuit; Abbatem autem Monast. hujus a Monachis eligi.

Solita clausula.

Hadriani PP.

& S. R. E. Cardd. sub-
skriptiones.

quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniunt.

EGO ADRIANUS Catholica Ecclesiæ Episcopus.

Ego Ubaldus Presbyter Card. S. Crucis in Hierusalem.

Ego Imarus Tusculanus Episc.

Ego Gregorius Sabinenfis Episc.

Ego Ubaldus Otienfis Episc.

Ego Joannes Presbyter Card. SS. Silvestri & Martini.

Ego Ildebrandus Presbyter Card. Basilicæ duodecim Apostolorum.

Ego Otto Diac. Card. sancti Georgii ad Velum aureum.

Ego Jacintus Diaconus Card. sanctæ Mariæ in Cosmedin.

Ego Arditijs Diaconus Card. S. Theodori.

Dat. die 8. Februarii an. Dom. 1158. Pontificatus V.

Datum Laterani per manum Rolandi S. Romanæ Curie & Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis & Cancellarii, VI. Idus Februarii, Indictione VII. Incarnationis Dominicæ MCLVIII. Pontificatus vero Domni Adriani Papæ IV. anno V.

XXI.

Privilegium confirmationis Donationum Monasterio in Prufeningen. factarum, cui nonnulla privilegia conceduntur.

Hic Monasterio similia privilegia concessere Innocentius PP. II. & Eugenius III.

Ex Fundi Metropolit. S. liburg. Tom. III.

Adrianus Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Erboni Abbati Monasterii S. Georgii Prufeningen. ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

AD hoc universalis Ecclesiæ cura nobis a providore omnium bonorum Deo commissa est, ut religiofas diligamus personas, & beneplacitam Deo Religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando simulatus impenditur, nisi ex charitatis radice procedens a puritate religionis fuerit conservatus. Oportet igitur, omnes Christianæ fidei amatores Religionem diligere, & loca venerabilia cum ipsis personis divino servitio mancipatis attentius confovere, ut nullis pravorum hominum agitentur molestiis, vel importunis angustiis fatigentur. Hujus rei gratia, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer assuimus, & præfatum beati Gregorii Prufeningen. Monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar prædecessoris nostri sanctæ recordationis Papæ, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quæcumque bona, quascumque possessiones ab Ottone bonæ memoriæ Babenbergens. Episcopo, Egilberto & Eberhardo ejus successoribus, justè & canonicè vestro Monasterio sunt oblata, & imposterum ab eorum successoribus, sive ab aliis Dei fidelibus simili modo, seu concessione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Prin-

Monasterium sub protectione Sedis Apost. recipiens.

Eidem donationes omnes confirmat.

cipum, oblatione fidelium, aut etiam variis rationabilibus modis, præstante Domino, eidem loco conferri contigerit, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas præsumat exigere. Adjicimus etiam, ut in Ecclesiis vel cappellis, quæ in fundo Monasterii vestri sunt, liceat vobis, honestos eligere Sacerdotes, qui nimirum per vos Episcopo præsententur; atque, si idonei fuerint, ab eodem Episcopo curam animarum suscipiant, eique de spiritualibus, vobis vero de temporalibus respondeant. Quod si commune in terra illa fuerit interdictum, & exclusis ab Ecclesia vestra excommunicatis & interdictis, clausis januis, liceat vobis, submissa voce divina officia celebrare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi fortè excommunicati vel interdicti sint, nullus obstet: salvâ tamen justitiâ illarum Ecclesiarum, de quibus corpora mortuorum assumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, supradictum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvâ Sedis Apostolicæ auctoritate, & Diocesani Episcopi canonica justitiâ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtè ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniunt. Amen.

EGO ADRIANUS Cathol. Eccl. Episc. s.

Hadriani PP. subskriptione.



Datum Laterani per manum Rolandi sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis & Cancell. Kal. Aprilis Indict. VII. Incarn. Domin. anno MCLVIII. Pontificatus vero Domni Adriani Papæ IV. anno V.

Dat. die 7. Aprilis anno Dom. 1158. Pont. ann. V.

Mo

XXII.

Monasterio SS. Nazarii & Celsi Veronen. Dicecesis bona omnia confirmantur, salvo censu annuo Palatio Apostolico solvendo, ejusque Monachis Abbatis sui electio committitur.

Ex Ughel. Ital. Sac. Tom. V. ubi de Veron. Mon. Ecclesia

Adrianus Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Clementi Abbati Monasterii sanctorum Nazarii & Celsi, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris monasticam vitam professis, in perpetuum.

Quotiens &c. commutamus; In primis siquidem statuentes, ut Ordo Monasticus, qui secundum Deum & beati Benedicti regulam in ipso Monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quæcumque bona, eadem Ecclesia impresentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesiam S. Mariæ de Marcellis cum pertinentiis, salvo censu unius bizantii, quem singulis annis pro eadem Ecclesia nobis nostrisque successoribus solvere debeatis: Ecclesiam S. Sebastiani cum pertinentiis, Ecclesias de Carliano, Ecclesiam sanctæ Mariæ Cluave cum pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Cassiani cum pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Martini de Lavago cum pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Sepulchri cum Hospitali cum pertinentiis suis, Ecclesiam sanctæ Felicitæ cum pertinentiis suis, villam Cossiani cum omni jure suo, terram quam habetis in Lenazzo, terram de Nodofola, terram de Portu, terram de Porcile, terram Gepito, terram de Lavagno cum vineis & domibus suis, terram de Grillana, terram de Mizano, terram de Monte auro cum molendinis & vascatoribus & vineis sui, terram de Mizoli cum olivis & vineis suis, terram cum olivis in territorio sanctæ Mariæ in Selle, terram & vineas de Colignola, terras de Lilasi, terram de Garda cum olivis suis, insulam de Parquara cum pratis & cum omnibus ad ipsam pertinentibus. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars sanioris consilii, secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam præviderint eligendum. Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium decimas a vobis nullus præsumat exigere. Decernimus ergo &c. Salvâ &c. Cunctis autem &c. Amen.

Hadriani PP.

& S. R. E. Cardd. sub-
skriptiones.

EGO ADRIANUS Catholica Ecclesiæ Episc. Ego Ubaldus Presbyter Cardinalis tituli sanctæ Prædix. Ego Julius Presb. Card. tit. S. Mrcelli. Ego Octavianus Presb. Card. tit. S. Cecilia. Ego Aftaldus Presbyter Cardinalis tit. sanctæ Priscæ.

Ego Girardus Presb. Card. tit. S. Stephani. Ego Hildebrandus Presb. Card. Basilicæ duodecim Apostolorum. Ego Guido Presb. Card. tit. S. Chryfogoni. Ego Gullelmus Presb. Card. tit. S. Petri ad Vincula. Ego Otto Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum. Ego Rodolphus Diac. Card. S. Lucie. Ego Petrus Diac. Card. tit. S. Eustachii juxta templum Agrippe. Ego Raymundus Diac. Card. S. Mariæ in Via lata. Datum Laterani per manum Rolandi sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis, & Cancellarii, XIII. Kal. Janii Indict. VI. Incarnationis Dominicæ anno MCLVIII. Pontificatus vero Domni Adriani Papæ IV. anno IV.

Dat. die 21. Maii an. Dom. 1158. Pontif. ann. IV.

ALEXANDER TERTIUS

PAPA CLXX.

ANNO ÆRÆ CHRISTI COM. MCLIX.



Rolandus, natione Tuscus, patria Soanenfis (a) ex patre Rainutio, antea S. R. E. Presbyter Cardinalis tituli S. Marci, & Apostolicæ Sedis Cancellarius, electus est Romanus Pontifex die 7. Septembris 1159. & die 20. mensis ejusdem consecratus, cui nomen Alexander III. Sedit in Pontificatu, imperantibus, in Oriente Emanuele, mox Alexio Comnenis, in Occidente Friderico Eno-

(a) Sed in Cod. Vatic. quem refert Baronius, legitur patria Senensis.